

Marian Studies

Volume 37 *Proceedings of the Thirty-Seventh National Convention of the Mariological Society of America held in Tampa, FLA.*

Article 17

1986

Textual Evolution of Chapter VIII of Lumen Gentium

Charles W. Neumann

Follow this and additional works at: https://ecommons.udayton.edu/marian_studies



Part of the [Religion Commons](#)

Recommended Citation

Neumann, Charles W. (1986) "Textual Evolution of Chapter VIII of Lumen Gentium," *Marian Studies*: Vol. 37, Article 17.
Available at: https://ecommons.udayton.edu/marian_studies/vol37/iss1/17

This Article is brought to you for free and open access by the Marian Library Publications at eCommons. It has been accepted for inclusion in Marian Studies by an authorized editor of eCommons. For more information, please contact frice1@udayton.edu, mschlangen1@udayton.edu.

Appendix II

TEXTUAL EVOLUTION OF CHAPTER VIII OF *Lumen Gentium**

**Key to the Changes Made in the Text of Chapter VIII of LUMEN GENTIUM*

Words in ordinary print = TEXTUS PRIOR (TP), the text finished by special SUB-COMMISSION (especially Philips and Balic) *March 1964* for submission to the Theological Commission, in consequence of conciliar decision that the first schema on Mary, presented to the Council Fathers in 1962 and retitled in 1963, needed to be replaced.

Words in *Italics* = changes made in TP by THEOLOGICAL COMMISSION, resulting in TEXTUS EMENDATUS (TE), *July 1964*; the text thus changed was sent to Council Fathers in summer of 1964 in view of discussion to be held at the Council's third session in the fall of 1964.

Words in *italics with broken underlining* = further changes ("emendationes": amendments, some substantial) approved by the COUNCIL FATHERS *October 29, 1964* (Gen. Cong. 112), on recommendation of Theological Commission in its response to conciliar discussions September 16, 17, and 18, 1964 (Gen. Congs. 81, 82, 83) and additional written suggestions.

Words in *italics with solid underlining* = final changes ("modi": only slight changes admissible) approved by COUNCIL FATHERS *November 17, 1964* (Gen. Cong. 124), on recommendation of Theological Commission which accepted some of the suggestions of those who on October 29 had voted "placet juxta modum." LUMEN GENTIUM was proclaimed by the pope as the Constitution on the Church on *November 21, 1964*.

* indicates footnotes with omitted texts.

N.B. Two kinds of notes are indicated in the text given below: *elevated numerals* are used to refer to the notes, located at the end of this document, which explain the emendations; *numerals in parentheses* are used to refer to the regular footnotes found at the bottom of each page.

XXXVII (1986)

MARIAN STUDIES

212-228

CAPUT VIII—DE BEATA MARIA VIRGINE DEIPARA IN MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE

I. PROEEMIUM

52. Benignissimus et sapientissimus Deus, mundi redemptionem complere volens, "ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum, factum ex muliere, . . . ut adoptionem filiorum reciperemus" (Gal. 4, 4-5). "Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine" (1). Quod salutis divinum mysterium nobis revelatur et continuatur in Ecclesia, quam Dominus ut corpus suum constituit, et in *qua*¹ fideles *Christo Capiti adhaerentes*² atque cum omnibus sanctis Eius communicantes, memoriam etiam venerentur oportet "in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi" (2).

53. Virgo enim Maria, quae Angelo nuntiante Verbum Dei corde et corpore suscepit et Vitam mundo protulit, ut vera Mater Dei ac Redemptoris agnoscitur et honoratur. Intuitu meritorum Filii sui sublimiore modo redempta Eique arcto et indissolubili vinculo unita,¹ *hoc summo munere ac dignitate ditatur* ut sit Genitrix Dei Filii, *ideoque*² praedilecta filia Patris *necnon*³ sacrarium Spiritus Sancti, quo eximiae gratiae dono omnibus aliis creaturis, coelestibus et terrestribus, longe antecellit. Simul autem cum omnibus hominibus salvandis in stirpe Adam invenitur coniuncta, immo "*plane mater membrorum (Christi)*,"⁴ . . . quia cooperata est caritate ut fideles in Ecclesia nascerentur, *quae*⁵ illius Capitis membra sunt" (3). Quapropter etiam ut supereminens prorsusque singulare membrum Ecclesiae necnon eius in fide et caritate typus et exemplar spectatissimum salutatur eamque Catholica Ecclesia, a Spiritu Sancto edocta, filialis pietatis affectu *tamquam matrem amantissimam*⁶ prosequitur.

(1) *Credo* in Missa Romana: Symbolum Constantinopolitanum: MANSI 3, 566. Cf. CONC. EPHESINUM, ib. 4, 1130 (necnon ib. 2, 665 et 4, 1071); CONC. CHALCEDONENSE, ib. 7, 111-116; CONC. CONSTANTINOPOLITANUM II, ib. 9, 375-396.

(2) *Canon Missae Romanae*.

(3) S. AUGUSTINUS, *De S. Virginitate*, 6: PL 40, 399.

54. Ideo Sacrosancta Synodus, doctrinam de Ecclesia, in qua divinus Redemptor salutem operatur, exponens, illustrare sedulo intendit tum munus Beatæ Virginis in mysterio Incarnati Verbi et Corporis Mystici, tum hominum redemptorum officia erga Deiparam, matrem Christi et *matrem¹ hominum,² maxime fidelium,³* quin tamen in animo habeat completam de Maria proponere doctrinam, neque quaestiones labore theologorum nondum ad plenam lucem perductas dirimere. Servantur itaque in suo iure sententiae, quae in scholis catholicis ^olibere proponuntur de Illa, quae in Sancta Ecclesia locum occupat post Christum altissimum nobisque maxime propinquum (4).

II. DE MUNERE B. VIRGINIS IN OECONOMIA SALUTIS

55. Sacrae Litterae Veteris Novique Testamenti et veneranda Traditio munus Matris Salvatoris in salutis oeconomia modo magis magisque dilucido *ostendunt¹* et veluti conspiciendum proponunt. *Libri quidem Veteris Testamenti historiam salutis,²* qua Christi in mundum adventus lento gradu praeparatur, *describunt. Quae* primaeva documenta, qualiter in Ecclesia leguntur et sub luce ulterioris et plenae revelationis *intelliguntur,⁴* clarius pedetentim *in lucem⁵ proferunt figuram⁶* mulieris, Matris Redemptoris ^o. *Ipsa, sub hac luce,⁸* iam prophetice *adumbratur⁹* in promissione, lapsis in peccatum primis parentibus data, de victoria super serpentem (cf. Gen. 3, 15). *Similiter¹⁰* haec est Virgo quae concipiet et pariet Filium, cuius nomen vocabitur Emmanuel (cf. ^oIs. 7, 14; cf. *Michaea* 5, 2-3¹² — Mt. 1, 22-23). ^o¹³ Ipsa praecellit inter humiles ac pauperes Domini, qui salutem cum fiducia ab Eo sperant et accipiunt. *Cum¹⁴* Ipsa tandem *praecelsa Filia Sion,¹⁵* post diurnam expectationem promissionis, complentur tempora et nova instauratur Oeconomia, quando Filius Dei humanam naturam *ex ea¹⁶* assumpsit, utysteriis carnis suae hominem a peccato liberaret.

56. ^o*Voluit autem misericordiarum Pater, ut acceptatio praedestinatae matris incarnationem praecederet,* ut sic, quemad-

(4) Cf. PAULUS PP. VI, *Allocutio in Concilio*, die 4 dec. 1963: AAS 56 (1964) p. 37.

modum femina contulit ad mortem, ita etiam *femina*² conferret ad vitam. ³*Quod praecellentissime valet de Matre Iesu, quae ipsam Vitam, omnia renovantem, mundo effudit, et a Deo donis tanto munere dignis praedita est.* ⁵*Unde nil mirum apud Sanctos Patres usum invaluisse quo Deiparam appellarunt totam sanctam et ab omni peccati*⁶ labe immunem, quasi a Spiritu Sancto plasmata novamque creaturam formatam (5).⁷ *Singularis prorsus*⁸ sanctitatis splendoribus a primo instante suae conceptionis ditata, Nazarethana Virgo ab Angelo nuntiante, Dei mandato, ut "gratia plena" salutatur (cf. Lc. 1, 28), et coelesti nuntio ipsa respondet: "Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum" (Lc. 1, 38). Ita Maria filia Adam, verbo divino consentiens, facta est Mater Iesu, ac salvificam voluntatem Dei, pleno corde et nullo retardata peccato, complectens, semetipsam ut Domini ancillam personae et operi Filii sui totaliter devovit, sub Ipso et cum Ipso, omnipotentis Dei gratia, mysterio redemptionis inserviens. Merito igitur SS. Patres Mariam non mere passive a Deo adhibitam, sed libera fide et oboedientia humanae saluti cooperantem *consent*.⁹ Ipsa enim, ut ait S. Irenaeus, "oboediens et sibi et universo generi humano causa facta est salutis" (6).¹⁰ Unde *non pauci*¹¹ Patres antiqui in praedicatione sua *cum eo*¹² *libenter asserunt*.¹³ "Hevae inoboedientiae nodum solutionem accepisse per oboedientiam Mariae; quod alligavit virgo Heva per incredulitatem, hoc virginem Mariam solvisse per fidem" (7);¹⁴ ¹⁵et comparatione cum Heva instituta, Mariam "matrem viventium" *appellant*¹⁶ (8)¹⁷, *saepiusque affirmant*:¹⁸ "mors per Hevam, vita per Mariam" (9).

(5) Cf. S. GERMANUS CONST., *Hom. in Annunt. Deiparae*: PG 98, 328 A; *In Dorm.* 2: col. 357. — ANASTASIUS ANTIOCH, *Serm. 2 de Annunt.*, 2: PG 89, 1377 AB; *Serm.* 3, 2: col. 1388 C.-S. ANDREAS CRET., *Can. in B. V. Nat.* 4: PG 97, 1321 B. *In B. V. Nat.*, 1: col. 812 A. *Hom. in dorm.* 1: col. 1068 C.-S. SOPHRONIUS, *Or. 2 in Annunt.*, 18: PG 87 (3), 3237 BD.

(6) S. IRENAEUS, *Adv. Haer.* III, 22, 4: PG 7, 959 A; HARVEY, 2, 123.

(7) S. IRENAEUS, *ibidem*; HARVEY, 2, 124.

(8) S. EPIPHANIUS, *Haer.* 78, 18: PG 42, 728 CD—729 AB.

(9) S. HIERONYMUS, *Epist.* 22, 21: PL 22, 408. Cf. S. AUGUSTINUS, *Serm.* 51, 2, 3: PL 38, 335; *Serm.* 232, 2: col. 1108. — S. CYRILLUS HIROS., *Catech.* 12, 15: PG 33, 741 AB. — S. IO. CHRYSOSTOMUS, *In Ps.* 44, 7: PG 55, 193. — S. IO. DAMASCENUS, *Hom. 2 in dorm. B. M. V.*, 3: PG 96, 728.

57. Haec autem Matris cum Filio in opere salutari coniunctio a tempore virginalis conceptionis Christi ad Eius usque mortem manifestatur; in primis quidem cum Maria, exurgens cum festinatione ad visitandam Elisabeth, ab ea ob fidem suam in salutem promissam beata salutatur ¹*et praecursor in sinu matris exsultavit*² (cf. Lc. 1, 41-45); in nativitate vero, cum Deipara Filium suum primogenitum, qui virginalem eius integritatem non minuit sed sacrauit (10), pastoribus et Magis laetabunda ostendit. Cum *autem*³ Eum in templo, dono pauperum oblato, Domino praesentavit, audivit Simeonem simul praenuntiantem Filium futurum contradictionis signum et matris animam gladium pertransiturum, ut revelarentur ex multis cordibus cogitationes (cf. Lc. 2, 34-35). ⁴*Puerum Iesum deperditum ac cum dolore quaesitum, parentes eius in templo invenerunt in his quae Patris Eius erant occupatum; verbumque*⁵ *Filius non intellexerunt. Mater vero*⁷ *Eius omnia haec in corde suo meditabunda conservabat* (cf. Lc. 2, 41-51).

58. *In*¹ vita publica Iesu, Mater Eius signanter apparet, in initio quidem, cum ad nuptias in Cana Galilaeae, misericordia permota, ²*initium signorum Iesu Messiae* intercessione sua induxit (cf. Io. 2, 1-11). In decursu praedicationis Eius suscipit verba, quibus Filius, Regnum ultra rationes et vincula carnis et sanguinis extollens, audientes et custodientes verbum Dei, sicut ipsa fideliter faciebat (cf. Lc. 2, 19 et 51), beatos proclamavit (cf. Mc. 3, 35 par. Lc. 11, 27-28). ³*Ita etiam B. Virgo in peregrinatione fidei processit, suamque unionem cum Filio fideliter sustinuit usque ad crucem*, ubi non sine divino consilio stetit (cf. Io. 19, 25), vehementer cum Unigenito suo condoluit *et*⁴ sacrificio Eius se materno animo sociavit, ⁵*victimae de se genitae immolationi amanter consentiens; ac*⁶ demum ab eodem Christo Iesu in cruce moriente uti mater discipulo, ⁷hisce verbis data est: *Mulier, ecce filius tuus* (cf. Io. 19, 26-27) (11).

(10) Cf. CONC. LATERANENSE anni 649, Can. 3: MANSI 10, 1151.—S. LEO M., *Epist. ad Flav.*: PL 54, 759.—CONC. CHALCEDONENSE: MANSI 7, 462.—S. AMBROSIIUS, *De instit. virg.*: PL 16, 320.

(11) Cf. PIUS XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943) pp. 247-248.

59. *Cum*¹ vero ²*Deo placuerit* humanae salutis sacramentum non ante ³*solemniter manifestare* ⁴*quam promissum a Christo* ⁵*Spiritum effunderet*, ⁶*Apostolos videmus ante diem Pentecostes* "*perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, et Maria Matre Iesu et fratribus Eius*" (Act. 1, 14), *Mariam* quoque precibus *suis*⁷ implorantem donum Spiritus, qui in Annuntiatione ipsam iam obumbraverat. Denique Immaculata Virgo, ⁸*ab omni originalis culpae labe praeservata immunis* (12), expleto terrestri vitae cursu, corpore et anima ad coelestem gloriam assumpta *est*⁹ (13), ac *tamquam*¹⁰ universorum Regina a Domino *exaltata*,¹¹ ut *plenius*¹² conformaretur Filio suo, Domino dominantium (cf. Apoc. 19, 16) ac peccati mortisque victori (14).

III. DE BEATA VIRGINE ET ECCLESIA

60. Unicus ¹ est Mediator noster secundum ² *verba*³ Apostoli: ⁴ "Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus" (1 Tim. 2: 5-6). *Mariae autem*⁵ maternum munus *erga homines*⁶ hanc Christi unicum mediationem *nullo modo*⁷ obscurat *nec*⁷ minuit, sed *virtutem eius ostendit*.⁸ Omnis enim salutaris Beatae Virginis influxus in homines non ex aliqua rei necessitate, sed ex beneplacito divino exoritur et ex superabundantia meritorum Christi profluit. Eius mediationi innititur, ab illa omnino dependet, ex eademque totam virtutem haurit; ⁹ *unionem autem*¹² *immediatam*¹³ *credentium*¹⁴ *cum Christo* ¹⁵ *nullo modo impedit sed fovet*.

(12) Cf. PIUS IX, Bulla *Ineffabilis*, 8 dec. 1854: Acta Pii IX, 1, I, p. 616; DENZ. 1641 (2803).

(13) Cf. PIUS XII, Const. Apost. *Munificentissimus*, 1 nov. 1950: AAS 42 (1950) p. 743; DENZ. 2333 (3903). Cf. S. IO. DAMASCENUS, *Enc. in dorm. Dei genitricis*, Hom. 2 et 3: PG 96, 721-761, speciatim col. 728 B. — S. GERMANUS CONSTANTINOP., *In S. Dei gen. dorm.* Serm. 1: PG 98 (6), 340-348; Serm. 3: col. 361. — S. MODESTUS HIER., *In dorm. SS. Deiparae*: PG 86 (2); 3277-3312.

(14) Cf. PIUS XII, Litt. Encycl. *Ad coeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954), pp. 633-636; DENZ. 3913 ss. Cf. S. ANDREAS CRET., *Hom. 3 in dorm. SS. Deiparae*: PG 97, 1089-1109. — S. IO. DAMASCENUS, *De fide orth.*, IV, 14: PG 94, 1153-1161.

61. ¹ Beata Virgo, ab aeterno una cum divini Verbi incarnatione tamquam Mater Dei ² praedestinata, divinae Providentiae consilio, his in terris *existit³ alma divini Redemptoris Mater⁴, ⁵ singulariter prae aliis⁶ generosa socia⁷*, et humilis ancilla Domini. ⁸*Christum concipiens⁹, generans, alens, in templo Patri sistens¹⁰, Filioque suo in cruce morienti compatiens, operi Salvatoris singulari prorsus modo cooperata est, oboedientia, fide, spe¹¹ et flagrante caritate, ad vitam animarum supernaturalem restaurandam. Quam¹² ob causam mater nobis in ordine¹³ gratiae existit.*

62. *Haec¹ autem in gratiae oeconomia maternitas² Mariae³ indesinenter perdurat, inde a consensu quem in Annuntiatione⁴ fideliter⁵ praebuit, quemque sub cruce incunctanter sustinuit, usque ad perpetuam omnium electorum consummationem. ⁶In coelis enim assumpta salutiferum hoc munus non deposuit, sed multiplici intercessione ⁷sua pergit in aeternae salutis dona nobis conciliandis. (15) Materna sua caritate de fratribus Filii sui⁸ adhuc peregrinantibus *ne non in periculis et angustiis versantibus⁹* curat, donec ad felicem patriam perducantur. ¹⁰Propterea B. Virgo in Ecclesia, ¹¹titulis¹² ¹³Advocatae, Auxiliatricis, Adjuvtricis¹⁴, Mediatrix invocatur (16)¹⁵. ¹⁶Quod tamen ita intelligitur¹⁷, ut dignitati et efficacitati Christi unius Mediatoris nihil derogat, nihil superaddat (17).*

¹⁸Nulla enim creatura cum Verbo incarnato ac Redemptore connumerari unquam potest; sed sicut sacerdotium Christi variis modis tum a ministris tum a ministris tum a fidei populo participatur, et sicut una bonitas Dei in creaturis modis diversis

(15) Cf. KLEUTGEN, textus reformatus *De mysterio Verbi incarnati*, cap. IV: MANSI 53, 290. Cf. S. ANDREAS CRET., *In nat. Mariae*, sermo 4: PG 97, 865 A. — S. GERMANUS CONSTANTINOP., *In annunt. Deiparae*: PG 98, 321 BC. *In dorm. Deiparae*, III: col. 361 D. — S. IO. DAMASCENUS, *In dorm. B. V. Mariae*, Hom. 1, 8: PG 96, 712 BC—713 A.

(16) Cf. LEO XIII, Litt. Encycl. *Adiutricem populi*, 5 sept. 1895: ASS 15 (1895-96) p. 303. — S. PIUS X, Litt. Encycl. *Ad diem illum*, 2 febr. 1904: Acta, I, p. 154; DENZ. 1978 a (3370). — PIUS XI, Litt. Encycl. *Miserentissimus*, 8 maii 1928: AAS 20 (1928) p. 178. — PIUS XII, *Nuntius Radioph.*, 13 maii 1946: AAS 38 (1946) p. 266.

(17) S. AMBROSIIUS, *Epist.* 63: PL 16, 1218.

realiter diffunditur, ita etiam unica mediatio Redemptoris non excludit, sed suscitatur variam apud creaturas participatam ex unico fonte cooperationem.

¹⁹Tale autem munus subordinatum²⁰ Mariae Ecclesia profiteri non dubitat, iugiter experitur et fidelium cordi commendat, ut hoc materno fulti praesidio Mediatori ac Salvatore intimius adhaereant.

63. Beata autem Virgo divinae maternitatis dono et munere, quo cum Filio Redemptore unitur, suisque singularibus *gratiis et muneribus*¹, etiam cum Ecclesia intime coniungitur: Deipara est Ecclesiae typus, *ut iam docebat S. Ambrosius*², *in ordine scilicet*³ *fidei, caritatis et perfectae cum Christo unionis* (18)⁴. In mysterio enim Ecclesiae, quae *et ipsa*⁶ iure mater vocatur et virgo, Beata Virgo Maria praecessit, eminenter et singulariter tum virginis tum matris exemplar praebens (19). Credens enim et oboediens, ipsum Filium Patris in terris genuit, et quidem viri nescia, Spiritu Sancto obumbrata, tamquam nova Heva, non serpenti antiquo, sed Dei nuntio praestans fidem, nullo dubio adulteratam. Filium autem peperit, *quem Deus posuit*⁷ primogenitum in multis fratribus (Rom. 8:29), fidelibus nempe, ad quos gignendos et educandos materno amore cooperatur.

64. Iamvero Ecclesia, eius arcanam sanctitatem *contemplans*¹ et caritatem *imitans*¹, voluntatemque Patris fideliter *adimplens*¹, *per verbum Dei fideliter susceptum*² et ipsa fit mater: *praedicatione enim ac*³ *baptismo filios, de Spiritu Sancto conceptos et ex Deo natos, ad vitam novam et immortalem generat. Et ipsa est virgo, quae fidem Sponso datam integre et pure custodit*⁴, et *imitans Domini sui Matrem, virtute Spiritus Sancti, virginaliter servat*⁶ *integram fidem, solidam spem, sinceram caritatem* (20)⁹.

(18) S. AMBROSIIUS, *Expos. Lc.* II, 7: PL 15, 1555.

(19) Cf. Ps.-PETRUS DAM., *Serm.* 63: PL 144, 861 AB. — GODEFRIDUS A S. VICTORE, *In nat. B. M.*, Ms. Paris, Mazarine, 1002, fol. 109 r. — GERHOFUS REICH., *De gloria et honore Filii hominis*, 10: PL 194, 1105 AB.

(20) S. AMBROSIIUS, *l. c.* et *Expos. Lc.* X, 24-25: PL 15, 1810. — S. AUGUSTINUS, *In Io. Tr.* 13, 12: PL 35, 1499. Cf. *Serm.* 191, 2, 3: PL 38, 1010; etc. Cf. etiam Ven. BEDA, *In Lc. Expos.* I, cap. 2: PL 92, 330. — ISAAC DE STELLA, *Serm.* 51: PL 194, 1863 A.

65. Dum autem Ecclesia in Beatissima Virgine ad perfectionem iam pertingit¹, qua sine macula et ruga existit (cf. Eph. 5:27), christifideles adhuc² nituntur, ut devincentes peccatum in sanctitate crescant; ideoque oculos suos ad Mariam attollunt, quae toti electorum communitati tamquam exemplar virtutum praefulget. Ecclesia de Ea pie recogitans Eamque in lumine Verbi hominis facti contemplans, in summum incarnationis mysterium venerabunda penitius intrat, Sponsoque suo magis magisque conformatur. Maria enim, quae, in historiam salutis intime³ ingressa, maxima fidei placita in se quodammodo unit et reverberat, dum⁴ praedicatur et colitur⁴, ad Filium suum Eiusque sacrificium atque ad amorem Patris credentes advocat. Ecclesia vero, gloriam Christi prosequens, praecelso suo Typo⁵ similior efficitur, continuo progrediens in fide, spe et⁶ caritate, ac divinam voluntatem in omnibus quaerens et obsequens. Unde etiam in opere suo apostolico Ecclesia¹⁰ ad Eam merito respicit, quae genuit Christum, ideo de Spiritu Sancto conceptum et de Virgine natum, ut per Ecclesiam¹¹ in cordibus quoque fidelium nascatur et crescat. Quae Virgo in sua vita exemplum exstitit materni illius affectus, quo cuncti in missione apostolica Ecclesiae cooperantes ad regenerandos homines animentur¹² oportet.

IV. DE CULTU BEATAE VIRGINIS IN ECCLESIA

66. Maria, ¹per gratiam Dei post Filium ²prae omnibus angelis et hominibus exaltata, utpote sanctissima³ Dei Mater, quae mysteriis Christo ⁴interfuit, speciali cultu ab Ecclesia merito honoratur. Et sane ab antiquissimis temporibus Beata Virgo sub titulo "Deiparae" colitur, sub cuius praesidium fideles in cunctis periculis et necessitatibus suis deprecantes confugiunt (21). Inde praesertim ab Ephesina Synodo cultus populi Dei erga Mariam mirabiliter crevit⁵ in veneratione et dilectione, in invocatione et imitatione, secundum ipsius verba prophetica: "Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est" (Lc. 1, 48). Qui ⁶cultus, prout in Ecclesia semper exstitit, singularis omnino quamquam est, essentialiter differt a cultu ado-

(21) «Sub tuum praesidium».

rationis, qui Verbo incarnato aequae ac Patri et Spiritui Sancto exhibetur, eidemque potissimum favet. Variarum enim formarum pietatis erga Dei Genitricem, quas Ecclesia intra limites sanae et orthodoxae doctrinae, pro temporum et locorum conditionibus et pro indole ingenioque fidelium approbavit, id efficiunt ut, dum Mater honoratur, Filius, propter quem omnia (cf. Col. 1, 15-16)⁷ et in quo aeterno Patri "complacuit omnem plenitudinem inhabitare" (Col. 1, 19), rite noscatur, ametur, glorificetur, Eiusque mandata serventur. ^{o8}

67. Hanc catholicam doctrinam Sacrosancta Synodus consulto docet, simulque omnes Ecclesiae filios admonet, ut ¹*cultum, praesertim liturgicum, erga Beatam Virginem generose foveant, praxes autem*¹ et exercitia pietatis erga Eam saeculorum cursu a Magisterio commendata magni faciant et ea quae antea temporibus de cultu imaginum Christi, Beatae Virginis et Sanctorum decreta fuere, religiose servent (22). Theologos autem ubique divini praecones enixe exhortatur, ut *aeque*² ab omni falsa superlatione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Deiparae dignitate considerata sedulo absterneant (23). Studium Sacrae Scripturae, Sanctorum Patrum et ^{o3} Doctorum *Ecclesiaeque liturgiarum*⁴ sub ductu Magisterii excolentes, recte illustrent munera et privilegia Beatae Virginis, quae semper Christum spectant, totius veritatis, sanctitatis et pietatis originem ^{o5}. *Sedulo arceant quaecumque sive in dictis sive in factis fratres seiunctos vel alios quoscumque*⁷ in errorem ^{o8} circa veram Ecclesiae doctrinam inducere possent. Meminerint porro fideles veram devotionem neque ⁹*in sterili et transitorio affectu,* neque in vana quadam credulitate consistere, sed a vera fide procedere, qua ad Dei Genitricis excellentiam agnoscendam adducimur, et ad filialem erga Matrem nostram amorem eiusque virtutum imitationem excitamur.

(22) CONC. NICAENUM II, anno 787: MANSI 13, 378-379; DENZ. 302 (600-601). — CONC. TRIDENT., sess. 25: MANSI 33, 171-172.

(23) Cf. PIUS XII, *Nuntius radioph.*, 24 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 679. Litt. Encycl. *Ad coeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 637.

V. MARIA, SIGNUM CERTAE SPEI ET SOLATII
PEREGRINANTI POPULO DEO

68. ¹Interim autem Mater Iesu quemadmodum in caelis corpore at anima iam glorificata, imago et initium est Ecclesiae in futuro saeculo consummandae, ita his in terris, quoadusque advenerit dies Domini (cf. 2 Pt. 3, 10), tamquam signum certae spei et solatii peregrinanti Populo Dei praelucet.

69. Sacrosanctae huic ^{o1} Synodo magnum affert gaudium et solatium, etiam inter fratres *seiuinctos*² non deesse, qui Matri Domini ac Salvatoris debitum afferunt honorem, speciatim apud Orientales, qui ad cultum Deiparae semper Virginis fervido impulsu ac devoto animo concurrunt (24). ^{o3} Universi christifideles supplicationes instantes ad Matrem Dei et Matrem hominum effundant, ut Ipsa, quae primitiis Ecclesiae precibus suis adstitit, nunc quoque ⁴*in coelo super omnes beatos et angelos exaltata*, in omnium Sanctorum Communione apud Filium suum intercedat, donec cunctae familiae populorum, sive *quae*⁵ christiano nomine decorantur, sive *quae*⁵ Salvatorem suum adhuc ignorant, cum pace et concordia in unum Populum Dei feliciter congregentur, ⁶*ad gloriam Sanctissimae et individuae Trinitatis*.

(24) Cf. PIUS XI, Litt. Encycl. *Ecclesiam Dei*, 12 nov. 1923: AAS 15 (1923) p. 581. — PIUS XII, Litt. Encycl. *Fulgens corona*, 8 sept. 1953: AAS 45 (1953) pp. 590-591.

Art. 52

- ¹ TP *quo*
- ² TP *Christum Caput adorantes*

Art. 53

- ¹ added in TE; TP had only *hac summa dignitate*
- ² added in TE
- ³ TP *et*
- ⁴ added 11/17
- ⁵ texts until 11/17 *qui*
- ⁶ added 10/29; until then *filiati pietatis affectu* (TE adds *se*) *prosequi semper professus est*. Without acknowledgment, the text in 10/29 borrows *tantumquam matrem amantissimam* from Benedict XIV, *Bulla aurea "Gloriosae Dominae,"* 27 Sept. 1748.

Art. 54

- ¹ added 10/29
- ² texts up to 11/17 *fideliūm*
- ³ added 11/17 (cf. *supra*, 2)
- ⁴ TP *sub ductu Magisterii*

Art. 55

- ¹ TE and TP *describunt*
- ² texts until 11/17. *Et quidem ab initio historiae salutis in libris Veteris Testamenti descriptae*
- ³ added 11/17 when sentence was divided and rephrased
- ⁴ added 11/17
- ⁵ TE and TP *in apricum*
- ⁶ texts until 11/17 *profertur figura*
- ⁷ texts until 11/17 *praesertim si primaeva documenta* (TE adds *ut oportet*) *sub luce ulterioris et plenae revelationis considerantur, qualiter in Ecclesia leguntur*—elements rephrased and relocated earlier in sentence
- ⁸ added 11/17; texts until then *Ita*
- ⁹ TP *praevideatur*
- ¹⁰ added 10/29
- ¹¹ added 11/17
- ¹² added in TE, but after Is. 7:14 and Mt. 1:22-23 which were not qualified by "cf."
- ¹³ TP *Haec est parturiens, quae pariet tempore quo ex Bethlehem egredietur qui sit dominator in Israel (Michaeae 5, 2-3)*—omitted in TE except for scriptural reference which was relocated and qualified by "cf." (cf. *supra*, 12)
- ¹⁴ TP *In*
- ¹⁵ added 10/29
- ¹⁶ added 10/19

Art. 56

¹ TP *Incarnationem vero Filii sui, Pater non antea perficit, quam praedestinatae eius matris acceptatio praecessisset, ut*

² added 11/17

³ TE and TP *Quoniam autem Beatissima Virgo haud minor poterat esse quam Dei Matrem decebat (5), mirum non est. . . .* Ftn. 5: Cf. S. Ambrosius, *Epist. 63, ad Vercell. Ecclesiam, n. 110: PL 16, 1218*. All omitted 10/29

⁴ added 11/17

⁵ added 10/29, rephrasing TE and TP (cf. *supra*, 3 at end)

⁶ TE and TP *peccato naevo seu*

⁷ In TE this had been footnote 6 (cf. *supra*, 3)

⁸ TP *Perfectissimae itaque*

⁹ texts until 11/17 *censebant*

¹⁰ In TE this had been footnote 7 (cf. *supra*, 3)

¹¹ added 10/29

¹² added 11/17

¹³ TE and TP *asserere solebant*

¹⁴ In TE this had been footnote 8 (cf. *supra*, 3)

¹⁵ TE and TP *"per virginem Hevam mortem, per Virginem vel de virgine Maria vitam apparuisse," (9). . . .* Ftn. 9: S. Cyrillus Hieros., *Catech. 12, 15: PG 33, 741 AB*. Text was omitted 10/29 but footnote reference was inserted in third place in footnote 9 of 10/29 and 11/17 text.

¹⁶ TE and TP *appellare* (cf. *supra*, 13)

¹⁷ In TE this had been footnote 10. Hence because of two footnotes omitted from TE (cf. *supra*, 3 and 15), footnote numbers from 8 to 16 in texts of 10/29 and 11/17 were reduced by two, compared to TE; footnote numbers from 17, added in TE, to 24 were reduced by one, compared to TE. These numbering discrepancies for the footnotes will not be noted further in this apparatus.

¹⁸ TE and TP *et quasi in proverbium proferre* (cf. *supra*, 13)

Art. 57

¹ added in TE

² TE *sanctificatur*

³ TE and TP *vero*

⁴ added in TE

⁵ TE and 10/29 text *verbaque*

⁶ TE *Eius*

⁷ added 10/29

Art. 58

¹ texts until 11/17 *Durante*

² texts until 11/17 *primum signum effusionis gratiae messianicae*

³ TP and TE *Maxime vero Matris cum Filio indesinens unio tunc enituit, cum iuxta crucem*

⁴ added 10/29; TE and TP had comma only

⁵ TP *victimam de se genitam cum Ipso et per Ipsum perlibenter offerens*

⁶ TE and TP *cumque*

⁷ texts until 11/17 *fidelium figurae*

Art. 59

¹ TP *Quoniam*

² added in TE

³ TP *perficeretur*

⁴ TP *quam promissus a Christo Spiritus die Pentecostes effunderetur*

⁵ TE *die Pentecostes*

⁶ TP *Mariam inter mulieres, una cum Apostolis et fratribus Domini in oratione videmus perseverantem (cf. Act. 1, 14), suisque*

⁷ relocated here in TE (cf. *supra*, 6)

⁸ added in TE

⁹ added in TE

¹⁰ added in TE

¹¹ TP *constituta est*

¹² TE and TP *plene*

Art. 60

¹ TP *sane*

² TE and TP *absolutam*

³ TE and TP *verborum*

⁴ TE and TP *significationem*

⁵ TP *At Mariae*

⁶ added 10/29

⁷ TP *non . . . vel*

⁸ TE *extollit*; TP *in immensum extollit*

⁹ TP has following sentence, omitted in TE: *Ecclesia etenim nullam mediationem inter Deum et homines agnovit, quae non ab unico Mediatore Christo pendeat aut Eiusdem mediationi quidquam adiciat*

¹⁰ TE *directam*

¹¹ TE adds remainder of sentence

¹² TE *vero*

¹³ added 10/29, replacing *directam* (cf. *supra*, 10)

¹⁴ TE *credentis*

¹⁵ TE *in uno corpore*

Art. 61

¹ TE *Cum*, TP *Cum itaque*

² TE and TP *et Mater hominum*

³ TE and TP *fuert*

⁴ added 11/17; 10/29 text and TE *pro Christo Redemptore . . . "ancilla Domini"*; TP *pro Christo Redemptore . . . generosa et humilis "ancilla Domini" (vel generosa socia)*

⁵ 10/29 text and TE *et*, omitted 11/17 because transferred forward after *socia*

⁶ added in TE

⁷ added in TE; TP offered only suggestion of *generosa socia* in parentheses (cf. *supra*, 4)

⁸ TE adds this sentence

⁹ TE *concupiendo, generando, alendo . . . offerendo . . . compatiendo*

¹⁰ TE *offerendo*

¹¹ added 10/29

¹² TE and TP *hanc*; in TE and TP this sentence occurs as last clause of first sentence in #61

¹³ added in TE; TP *mater gratiae nobis*

Art. 62

¹ TE and TP *Eius*; preceding this sentence TP had *Nam Virgo, regnum beatitudinis ingressa, munus suum in mysterio salutis hominum non deposuit*, rephrased by TE as part of second sentence of #62

² added in TE; TP *in ordine gratiae cooperatio et mediatio (vel in ordine gratiae maternitatis)*

³ added 10/29

⁴ TP *in initio [sic] divinae Redemptionis consilio*; *inito* was intended

⁵ added in TE

⁶ TE adds most of this sentence (cf. *supra*, 1)

⁷ TE *mirum in modum*

⁸ TP *filiis suis*

⁹ texts until 11/17 *et contra peccatum luctantibus*

¹⁰ TE adds this sentence; *B. Virgo* occurs only three times in Ch. VIII for *Beata Virgo*

¹¹ TE *praeterquam aliis* (sc. *titulis*—but they were not mentioned in TE)

¹² added 10/29

¹³ TE *etiam titulo* (sc. *Mediatricis*)

¹⁴ added 10/29

¹⁵ TE *condecorari suevit*

¹⁶ TE adds this sentence

¹⁷ TE *intelligendum est*

¹⁸ This sentence added as a paragraph 10/29; in Ch. VIII only #62 has paragraphs

¹⁹ TE adds this sentence as a paragraph; in Ch. VIII only #62 has paragraphs

²⁰ added 10/29

Art. 63

¹ TP *privilegiis*

² in TE and TP this phrase followed *Deipara*; it was put after *typus* 10/29

³ added in TE—the Theological Commission's addition to Ambrose's thought

⁴ added 10/29

⁵ the note 18 should follow *Ambrosius*, according to E/2791, accepted 10/29 with comment *Certo admittendum* (Acta Synodalia, Vol. III, Pars vi, p. 32). Despite the accepted amendment, however, even the official edition, followed by all translations, continues to place the footnote at the end of the sen-

Textual Evolution

227

tence, leading the reader to suppose Ambrose as source also of the phrase *ordine . . . unionis*, which rather comes from the Theological Commission

⁶ added 10/29

⁷ added in TE

Art. 64

¹ TP *cōtemplando . . . imitando . . . adimplendo*

² added in TE

³ added in TE; TP *in baptismo enim*

⁴ added 11/17; texts till then *servat*

⁵ clause to end of sentence in both TE and TP directly cites Augustine, *Serm. 191*: "*imitans Domini sui matrem, quoniam corpore non potuit, mente tamen et mater est et virgo*;" only the first four words were retained 10/29

⁶ added 10/29 as insertion in the Augustinian material here

⁷ added 10/29 from Augustine, *In Ioan.* replacing *Serm. 191*

⁸ added 11/17 replacing *servans* in text approved 10/29

⁹ in note 20 the order of the two Augustinian references in TE had to be reversed 10/29, placing *In Ioan.* first; Ven. Bede was added to note 10/29

Art. 65

¹ TE and TP *attingat*; sentence contains unique occurrence of *Beatissima* in Ch. VIII

² added 10/29

³ TE and TP *intrinsecus*

⁴ added 10/29; TE and TP had only *cum praedicatur*

⁵ TE and TP *praecelesae suae Figurae*; capitalization of *Figurae* probably led to capitalizing *Typus* here; note lower case *t* in only other uses of *typus*, (*supra* #53 and 63)

⁶ added 10/29 replacing TE and TP *fide, oboedientia, caritate, patientia*

⁷ TE and TP *imprimis*

⁸ added 10/29 replacing TE and TP *imprimis autem in divina voluntate exquirenda et obsequenda*

⁹ two sentences added 10/29—the Suenens amendment

¹⁰ added 11/17

¹¹ added 11/17

¹² 10/29 text *animari*

Art. 66

¹ added in TE

² TP *qua post Filium major non est*

³ added 11/17

⁴ TE and TP *non adfuit tantum, sed*

⁵ texts until 11/17 *crebruit*

⁶ TE and TP *quidem*

⁷ TP (*1 Cor. 3, 23; Col. 1, 15-16; Hebr. 2, 10*) all without "cf."

⁸ TE and TP *Et per Christum, qui "via et veritas et vita" est (Io. 14, 6), homines ad Dei Patris cognitionem supremamque adorationem perducuntur*

Art. 67

¹ added in TE² added 10/29³ texts until 11/17 *Ecclesiaeque*, relocated to modify *liturgiarum* (cf. *infra*, 4)⁴ added 11/17⁵ TE and TP *In proponenda veritate talia adhibeant verba, quae Beatam Virginem nullatenus Filio suo aequale, Eam (TP Ei) tamen, Deo sic volente, Filio suo inter omnes Sanctos simillimam praedicent*⁶ added in TE⁷ *aliosve* added 10/29, rephrased *vel alios quoscumque* 11/17⁸ addition of *vel aversionem erga*, made 10/29, was removed 11/17⁹ TP *in quodam momenti affectu*

Art. 68

¹ In TP this was the first paragraph of the final article of Ch. VIII. The second paragraph, thus the originally intended peroration, was still present in TE but was omitted 10/29: *Virgo igitur FIDELIS, intercessione sua apud Filium, auget in nobis fidem et spem futurorum bonorum exemploque suo nos erigat ad caelestia desideria (TP quippe qui "non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus" (Hebr. 13, 14)—omitted in TE). Virgo POTENS, quae "serpentis caput virgineo pede contrivit" (26), obtineat nobis fortitudinem in bello contra antiquum serpentem. Virgo PRUDENS, quae Domini in carnem adventus fuit testis et ministra, impetret nobis in huius mundi tenebris vigiliantiam, dum adventum Christi expectamus gloriosum. Virgo CLEMENS, quae humilitatis servitio et caritatis communiione Ecclesiae praeivit eique semper prae-fulget, suppliciter efflagitet, ut nos post Ipsam ardorem apostolicum pro gloria Filii sui et mundi vita incunctanter expleamus, donec Ecclesia, quae in umbra et tribulatione longe peregrinantur a Domino, demum ad nuptias Dei et Agni in luce et gaudio perveniat.* Entire passage omitted 10/29

Ftn. 26: *Versus ad Vesperas et Laudes in festo B. V. Immaculatae Conceptionis.*

Omitted 10/29

Art. 69

¹ texts until 11/17 *Generali*² texts until 11/17 *separatos*

³ TP *Pie quidem credendum est Ipsam, quae in Calvariae loco fideles habuit materna [sic] suo cordi commendatos, cunctos homines diligere ac fovere, ut fructibus redemptionis abundantius utantur, illosque praecipue qui nomen Christi invocant, ut tandem in unum gregem sub uno Pastore conveniant. Quamobrem*

⁴ added 11/17⁵ added 11/17⁶ added 10/29

CHARLES W. NEUMANN, S.M.
St. Mary's University
San Antonio, Texas